

gub



MELOS GRATV-
LATORIVM,

IN LAVREAM DO-
CTORALEM QVA-
TVOR IVRIS CANDI-
datorum clarissimo

rum:

ARNOLDI DE REYGER
NOBILIS THVBANTI:

OTHONIS SVALENBERGII
STETINENSIS:

ELIÆ FORSTERI VI-
NARIENSIS:

IACOBI STINTII HAM-
BURGENSIS:

XXII. Ian. Anno Pub. Sal. M. D. XCIII.
publicè ac solenniter collatam in Aca-
demia Salana:

Scriptum ab

ELIA REVSNERO MED.
Lic. Poëseos ac Historiarum Pro-
fess. publ.



I E N A E

TYPIS TOBIAE STEINMANNI.

MEDICUS
A. A. TORRETTA

JACOBUS LAURENTIUS

STORALBUM

TORRETTA
GALVANI

III

ARNOLDUS DE RYGER

ANTHONIS

ELIENORIS

JACOBUS STINLIHAM

XII

ELIA REVERO MED.



III

STORALBUM

In stadio qualem cursor Olympico
Quondam coronam promeruit, pede
Certans citato; qualiterq;
Temporibus solita est vetustis
Roma triumphali belligeros duces
Ornare ramo, pro patrijs focis
Arisq; vitam quos paratos
Fundere, nulla pericla, tela
Nulla, nec hostilis vis, nec acerbitas
Deterruerunt, Herculeâ az manu
Martem fatigantes, ab hoste
Exuvias retulere opimas:
Taliter, in castris Aonidum impigrè
Qui militârunt pervigili manu
Sic pervolutantes virorum
Docta volumina plurimorum,
Conspicuis ornat Phæbus honoribus:
Illisq; pensant premia debita
Musæ peractorum laborum.
Scilicet haud labor absq; lucro est:
Vivida nec virtus est sine adoreâ.
Hanc quippe magnum calcar habens Honor
Vestigat ultrò: perq; præceps
Gloria vadit iter celebris.

Nulla

Nulla tamen virtus, nullus honor pigros
Sectatur unquam: nam sua Dij bona
Vendunt, cruento cum labore.
Vinea nec viret imputata:
Nec Cererem iellus, sit nisi vomere
Inversa, reddit: sed nec aculeus
Si parvulus quem sedularum
Terret apum, liquido fruisi
Melle potest. Sic nec desuper ars cadens,
Cuiquam oscitanti devolat in sinum.
Hic est opus sudore multo,
Herculeoq; labore: collem
Scandere Parnassi qui cupit arduum,
Densisq; passim sentibus obsitum:
Qualem secundo vos Minerva
Numine sustinuisse constat.
Hei mihi, quam durus vos labor aspera
Rupis tot annos detinuit, rate
Pendente saxa inter, minasq;
Æquoris horisonas profundi!
Heu labor Astræam, sidus inhospitans
Cæli præalti, quantus hic est sequi!
Heu quantus, evitare monstra
Juris in æquore naviganti!

Sed

Sed benè habet se res. Fessa, licèt viget
Sat vestra virtus robore pristino:
Fulcitq; gressus, summa captans
Culmina Iusticia Patrona:
Abdita sacra ti qua penetrata
Vobis reclusit iuris: Et omnibus
Legum latebris se expedire,
Dirite nosse dedit lucello.
Flexibiles hæc Et vos docuit dolos
A veritatis gutture simplici,
Nigrumq; ab albo, plumbum ab
Iudicio removere sano. (auro
Inter at hos quâ nunc te memorem tuba,
O REGERORVM sanguine profate
ARNOLDE, duplices merentem
Nobilium titulum honores?
Vile quid haud spirat mens tua: patria
Accensa gentis sed decore Et toga,
Doctura a vitis concupiscit
Stemmatibus titulum aggregare,
Prospera nunc votis ecce tuis favet
Fors! ceu paternis laudibus Et tuis
Laudes recentes gnarus addis
Viribus ingenij virentis!

A 3

Scilicet

Consilijs cuius Saxonis utitur
Prudenter aula ad cominoda Principum, &
Augmenta Rerum publicarum:
Cuncta DEO bene prosperante,
Ponè subit celsæ STINTIVS æmulis
Doct̃or iuventæ Gvelfiacæ rotis:
Priorq̃ SVALENBERGVS OTTO
Doct̃iloquæ Sophia Magister:
In Themidis castris militem uterq̃, agens
Impigrum & acrem: quorum animum iugum,
Nec Caucasus vertit præalium,
Nec Notus effernus ausa tardat:
Sisyphios quorum iuris in inuio
Nympha labores equore perpetes
Novere Salanæ, paterque
Rhenus, Elister, & Albis, Eia
Maçte viri clari, iubila fundite
Plaususq̃, letos: munera laureæ
Virtute, doctrinâ, & laborum
Pondere tam preciosa adepti.
Maçte viri insignes, maçte, faces pari
Gyro coruscas nunc quatite ingenij.
Huc tela & arcus: detrahat ne
Quis spolia invidus, auferat ve.

En

En, Themidi diæ bella novi movent
(Eheu!) Cyclopes exitiæ:
Rogis Erinny's dira adustas
Jam propius propiusq; in ora
Pressa sudas tendit: Tisiphone caput
Vallata serpentum agmine, concutit
Crudele pectus, Ferte, ferte
Auxilium misera labanti.
Signifer hem Cygni colla bone antefer
ARNOLDE, monstrib; obuius, æthera
Ceu Perseus alter scande: bellum
Hoc truculentius est Phlegæo.
O pereant dextris regna Cyclopea
Eversa vestris! o pereat malè
Inuisa Erynny's! iure plebem:
Aurea pax alat ut sub æquo:
Nullaq; tempestas turbida eat solo:
Orbem Tyranni neve premant truces:
Virtus laboret militetq;
Celsa: triumphet Honor Themisq;.

F I N I S


- 35. Progr. in Fun. Ottiliae Steinmanni, Conr. Hornesii coniug. 1661.
- 36. Bodmereri phil. et theol. stud. 1663.
- 37. Sennardi progr. orationis — a Braunfeldt maer. 1663.
- 38. progr. in Fun. puellae An. Mariae Krohn. 1666.
- 39. — — — An. Marg. Vogleri. 1666.
- 40. — — — puellae Joh. Rinnersi. 1666.
- 41. — — — puellae Joh. Fr. Rinnersi. 1666.
- 42. — — — An. Eleon. Meieri. 1666.
- 43. Carmin. grat. ad Isenmannum. 1667.
- 44. Ode in raritatem. 1678.
- 45. Andr. Herm. Hellberg gratulantis Acad. Juliae prof. 1678.
- 46. Progr. Henrici Widchurpi. 1680.
- 47. Festu. nupt. Carp. Anoldi Sumbrecht. 1678.
- 48. Lat. ac debit. officium ad unicum. 1678.
- 49. Pia vota ad Lud. Fabrum sponsorem et — sponsam. 1679.
- 50. Progr. in Fun. matris. Bornemanniae, Tannmanni viduae. 1681.
- 51. Progr. Joh. Reupen. 1709.
- 52. Progr. in Fun. An. Cath. Rinerichiae, Hornesii coniug. 1649.
- 53. Progr. XII Nov. A 1693.
- 54. — in Fun. An. Soph. Schmerhenniae, Sibth. Theod. Meieri vi. 1702.
- 55. — Agnerae Krohner, Carp. Torbori vi. 1712.
- 56. Abhandlungssatz abgesehen von Voigt.
- 57. Progr. in Fun. Hamburgi Sits. 1714.
- 58. Catalogus scriptorum in div. acad. editorum. 1732.
- 59. Progr. in Fun. Carolif phil. stud. 1757.
- 60. Memoria Toppii 1757.
- 61. — Sicili. 1758.
- 62. — Laur. Heideri. 1758.
- 63. De vita Frobesii. 1756.
- 64. Gratia panegyri. in diem nat. pini. Frederici V, Saxon et
Norwegiae regis. 1759.
- 65. De des praeseguito. Progr. sac. Christi natal. die. 1762.
- 66. Progr. in fest. Michaelis. 1762. —

Gh
1233

= Nonnulla derunt =

ULB Halle 3
001 920 952





B.I.G.

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

2.

MELOS GRATV.
LATORIVM,
IN LAVREAM DOCTORALEM QVA
TVOR IVRIS CANDI-
datorum clarissimo-
rum :

ARNOLDI DE REYGER
NOBILIS THVBANTI:
OTHONIS SVALENBERGII
STETINENSIS:
ELIÆ FORSTERI VI-
NARIENSIS:
IACOBI STINTII HAM-
BURGENSIS:

XXII. Ian. Anno Pub. Sal. M. D. XCIII.
publicè ac solenniter collatam in Aca-
demia Salana :

Scriptum ab
ELIA REVSNERO MED.
Lic. Poëseos ac Historiarum Pro-
fess. publ.



I E N A E

TYPIS TOBIAE STEINMANNI.